



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

Meglinger, Joseph

[S.l.], Anno MDCLXXXIII.

7. Julij. Nonis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45314

facrum Ordinem deseruerit: felicior utique futurus, si consiliis tuis obtemperans, maligni fraudes tam apertè cognitās cavere didicisset. *Demonis, an concupiscentiæ periculosiores incumbant insidiæ, incertum est. Neuter ex istis hostibus dormit, nullas concedunt inducias, nedum pacem. Tu me ad continuam vigilantiam stimula: nec enim aliter, nisi his armis speranda victoria.*

Vigiliæ
vigiliis
oppo-
nendæ.

S. BERNARDUS, ser. 58. in Cant.

Quantumlibet in hoc corpore manens profeceris, erras, si vitia putes emortua, & non magis suppressa. Unum in tanto discrimine consilium est, ob-
servare diligenter, & mox ut resuscitantium capita apparebunt, prompta severitate succidere.

Vitia
in hac
vita nō
mori-
untur.



7. Julij. Nonis.

B. FLORENTI, Aureæ Vallis Converse, verè converse: nam è Mahutis impiissimo dogmate primùm te SS. Episcopi Nicolaus, & Claudius per visum evocaverunt. A Christianis deinde in Ungaria captus, atq; ad Auream Vallem

floruit
anno
1618.

18 ANNI CISTERCIENS.

Vallem perductus, postquam sacro Fonte ablutus es, non solum egregii Christicolæ, sed etiam perfecti Religiosi nomen in habitu Conuersorum implevisti: à mundo aversus toto animo, & ad DEUM conuersus: ad quem beato tandem fine migrasti. *Fac, ut & in me sit vera illa morum conuersio, qualem Deo non solum solenniter promisi, sed etiam sapissimè post peccatorum confessionem firmiter proposui: memor illius comminationis ex psalmo: Nisi conuersi fueritis. gladium suum vibrabit &c.*

Con-
versio
morum

Obijt

circa

annum

1129.

B. ROBERTE, Conuersè Clarævallis, sectator diligentissime principalem virtutum, humilitatis, simplicitatis, & obedientiæ. In quarum exercitio cum purissimum vitæ cursum absolvisses, ad postremum mortis agonem accurrens piissimus consolator BERNARDUS, suaviter pro more suo: *Confide, inquit, fili, quia migraturus es de morte ad vitam, de labore temporali ad æternam requiem. Tu verò: quidni, respondebas, pergam ad Dominum, & Creatorè meum? Verè confido, & quantum de misericordia Domini mei Jesu Christi præsumere audeo, certus sum, quia mox visurus sum bona Domini in terra viventium. Præsumptionem periculosam redolere videbantur hæc verba. Proinde sollicitus*

Magna
in Deū
confi-
dentia.

folicitus de tua salute sanctus Abbas,
 humilius te de meritis tuis sentire iussit.
 Cui vultu ad lætitiã composito di-
 xisti: in nullis te tuis meritis confidere: *Obedi-*
solam esse Obedientiam, quæ te tam enia,
ampla spe perfundat: cum enim nihil sumum
unquam egeris, imò ne cogitaveris, ni- in mor-
si ex obedientiæ præscripto, illam uti- te sola-
que coram tribunali Divino pro te re- ium.
 sponsuram: nec ab illa deserere posse, ut-
 pote quam à primo conversionis mo-
 mento ad hanc usq; horam nullibi de-
 serueris. Quo audito mellifluus Pater:
Verè, exclamat, beatus es, charissime; quia
caro & sanguis non revelavit tibi sapien-
tiam hanc, sed Pater cælestis. Jam secu-
rus egredere, quia patefacta est janua vi-
ta. Quamvis Obedientiã non esset pro-
missa in cælo merces, quæ tamen erit im-
mensa; inflammandis ad ejus amorem ho-
minum cordibus sufficeret hæc una felici-
tas, tam sanctæ, tam lætæ mortis. Tu ora,
ut in utroque te sequar.

Obedi-
 entia
 cur a-
 manda.

S. BERNARDUS, ser. 41. de div.

Fidelis obediens nescit moras, fugit
crastinum, ignorat tarditatem, præ-
ripit precipientem, parat oculos visui,
aures auditui, linguam voci, manus
operi, itineri pedes, totum se colligit,
ut imperãtis colligat volũtatẽ. 8. Ju-

Obedi-
 entia
 vera.